

Ioh. xx. d.

futura per  
suasio an-  
tichristi

Persuasio  
Mahome-  
ti principa-  
lis.

Vno quidē / q̄ nunq̄ ipse christus de seipso hoc asseruit vel di-  
xit. Altero autē: quia ipse contrariū dixisse videtur. Vnde di-  
cit Mahometus: q̄ christiani dicunt christum esse deū: etem̄  
iudēis ipse christus dixit: Adorate deum meum: & deum ves-  
trum dominū meum & dominū vestrum. Hęc autem longi-  
us exposui: ut omnes cognoscant / q̄ illud quod in principio  
in mundo per Arrium seductor diabolus non potuit perfice-  
re: hoc post hęc marcescente quidem in ecclesia zelo / malicia  
autem crescēte p̄ Mahometū adimpleuit: & tandē p̄ antichri-  
stum nequitiā roborabit: Qui psuadebit mūdo: q̄ neq̄ verus  
deus / neq̄ dei filius est christus: & neq̄ homo bonus. Princi-  
palis igitur intentio Mahometi / est persuadere: christum neq̄  
deum / neq̄ filium esse dei: sed sanctum quendam & sapien-  
tem hominē / & prophetā maximū: absq̄ patre ex virgine ge-  
nitū. In quibus cū Carpocrate heretico couenit. Item affirmat  
impossibile esse deū habere filiū: p̄pterea q̄ uxorē nō habet  
Cum eodem rursus heretico etiā in hoc conuenit: Additq̄ / q̄  
si deus haberet filiū: in periculo iam omnis res esset: tanq̄ fu-  
turū schisma esset inter eos ex necessitate. In quibus cū iudēis  
& Cerdonio heretico cōuenit. Subiūgitq̄ neq̄ a iudēis chri-  
stum fuisse interemptū / neq̄ crucifixum: sed aliū quendā illi  
similē. In quibus cum Manichēis cōuenit. Additq̄ / & deū in  
se ipsum accersisse / & rursus eum in fine mundi appariturū  
& interempturū Antichristum: post hęc autē faciet deus chri-  
stum mori. Qui autē passionē christi negat / negat omnia eccle-  
się mysteria / quæ a diuina passione efficaciam habēt. In quibus  
cum Donatistis hereticis conuenit. Dicit autem & dæmones  
posse saluari p̄ Alcoranū: & q̄ multi eorū cū hoc audiuisent /  
facti sūt Saraceni: sequēs in his aliq̄ mō origenē: qui dicit sal-  
uandos fore dæmones Dicitq̄ & ad deū ascendisse / quando p̄  
eo gabrielē misit de⁹: & manū huic deū imposuisse: & tantū  
deo tangēte rigiditatis sensū cœpisse in corpe: ut & is usq̄ ad  
medullā spinæ dorsi pertransiret. In quibus manifestū est / q̄  
cum Antropomorphitis cōmunicat: qui corporalem deum  
asseuerant. Dicitq̄ & spiritū sanctū creaturā esse cū / Macedo-  
nio cōueniēs. In quibus autē dicit angelos dæmones factos eē  
cum noluisent mandante deo Adam adorare: neminē in hoc

Ioh  
13 A  
Kunst